

Doc. 24

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Doc. 24

[anteriore al 1249]

Sedentibus super aquas amaritudinis et in salicibus organa suspendentibus, Neapolitani studii doctoribus universis, magister Petrus solamen Sancti Spiritus, et illam que omnem sensum exuberat pacem Domini nostri Iesu Christi.

2

3

De seculo nequam et valle miserie, ad scholas florentis patrie, ubi garrulitatis improbe nullus auditur tumultus, illius vocatione, cuius imperium in celo et in terris et in omnibus extenditur creaturis, grammaticorum eximius consocius noster et frater, magister G. noviter evocatus, ab oculis nostris pertransiit velut umbra, immo evanuit; ad cuius transitum studii Parthenopensis obscuratus est sol et luna eversa est in eclipsin. Nam ars grammaticae que littere vocabulo designatur, privata decoris radiis sedet in tenebris, et habet unde possit suum reiterare dolorem, duobus maritis tam modico tempore viduata. Nondum precedentis doloris sanata sunt vulnera, et sic calamitati calamitas et tempestas adicitur tempestati, dolor doloribus et vulneribus vulnera inferuntur. Mirum non modicum; hic est ordo preposterus et turbatus, quia naturaliter magistrum discipulus, hic autem magister est discipulum subsequutus; et hoc ideo quia mortis irregularitas de suo more perversa pervertit ordinem, que preponenda postponit, preponit e contrario postponenda. Dovrebbe essere Pier della Vigna, dato che il suo nome è riportato anche dai mss. che tramandano le sue lettere raccolte in maniera non sistematica.

Cfr. *Ps.*, 136, 2; ma cfr. anche il doc. 26; e, inoltre, Guillelmus de Conchis, *Glossae super Boetium*, ed. L. Nauta, Turnhout 1999 (CC CM, 158), I, 3, p. 72.

Proh dolor! Vitis frondosa que subito aruit, cuius fructus exuberavit ad plenum. Nam in multitudine filiorum quos genuit, indefessus ille uterus magistralis intumuit, prevaluit, et tamquam cedrus Libani superexcrevit, cui non sunt adequate virgule de deserto. Ipse quidem fuit alter Ioseph cui omnes inviderunt parentes, quem seva bestia devoravit, videlicet mors, que per apheresin cunctis aufert mortalibus caput, a membris dividit et recidit. In cuius decisione vos qui floretis in cathedris, tanquam multorum capita plena oculis retro respicite, et ante diligenter attendite quantum tenuis et fragilis gloria secularis, que est quidam vapor ad modicum durans, velut fenum agri, quod mane floret et vespere decedit et arescit.

Ad tutelam igitur bene vivendi, doctores incliti, subtracti magistri P., per illam syncopam a qua nullus grammaticus excusatur, statum et transitum reciprocantes in vobis, unum efficax per locum a simili in vobis colligite argumentum; similiter illud iter currere, quod noster socius precucurrit, cum de similibus idem iuditium habeatur.

4

5

6

7

Cfr. *Matt.*, 24, 29; *Marc.*, 13, 24.

Cfr. *Os.*, 10, 1.

Cfr. *Cant.*, 3, 6 ss.

Cfr. *Gen.*, 37 ss.

8

9

I manoscritti, qui, offrono lezioni poco convincenti. Alcuni portano «lune», che può far venire in mente la similitudine tra la grammatica e il cielo della luna proposto da Dante, *Convivio*, II 13, dove, però, il contesto è molto diverso. Per questo si è intervenuti pensando all'etimologia del termine «grammatica» e a un errore di trascrizione spiegabile paleograficamente.

Forse si tratta di Gualtiero da Ascoli: cfr. C.H. Haskins, *Magister Gualterius Esculanus*, in *Mélanges Ferdinand Lot*, Paris 1925, pp. 245-257. Bisogna dire, tuttavia, che, per questo maestro, alcuni codici portano nomi diversi: cfr. Huillard-Bréholles, *Pierre de la Vigne* cit., p. 395 n. 1, che riporta la lezione del cod. Phillipps, ora Monaco, MGH, A 1 (Girardinus). Del resto, la rubrica dei codici B2 e C2, strettamente legati tra loro, è questa: «Doloris littere de morte magistri P. de Ybernica».